



**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter  
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

**Rom, 1511**

Ad dicendum contra producta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)



**Postulavit. Ademoratus. &c. ut supra in precedenti.**

**T**enor vero citationis &c.

**M**andatur &c. quatenus secunda die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad producendum omnia in termino substantiali in causa & causis &c.

## Ad dicendum contra producta.

**C**omparuit in iudicio &c. Et quandam &c. Litatorumque in eadem contentorum non comparentium. Itaque quicquid verbo vel in scriptis contra iura & munimenta superius ut premititur in huiusmodi causa data exhibita & producta dicere siue excipere curam cum contumaciam accusavit ipsosque contumaces reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos ulterius ad declarandum aut ex adverso declarari videndum quicquid partes hinc inde in huiusmodi causa verbo vel in scriptis declarare voluerint necnon ad iurandum & deliberandum iurarique & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumnie iuramento contentis & comprehensis de & super tota causa presentium per audientiam publicam litterarum contradictarum domini nostri pape predictam citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. pro domino minimum auditorem &c. postulavit. Ademoratus tunc &c. contumaces. Et in eorum contumaciam citationem &c. mandavit. Eundem etiam &c. assignavit.

**T**enor vero citationis &c.

**M**andatur &c. quatenus secunda die iuridica &c. ad dicendum contra producta in termino substantiali in causa & causis &c. vel sic mandatur &c. quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad dicendum contra ultimo producta & repetita in causa & causis &c.

## Ad declarandum.

**C**omparuit in iudicio &c. Et quandam &c. Litatorumque in eadem contentorum non comparentium. Itaque quicquid verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarare aut ex adverso declarari videre seu audire curatum contumaciam accusavit ipsosque contumaces reputari pro domino auditorem prefatum debita curam instans postulavit. Et in eorum contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro presentium in huiusmodi causa nil aliud quam superius declaratum est velle declarare allegando

*Copuit i iudicio magr. n. pcur & data ci t/ aud lea. r. huius in p/ nihil dicentiu pducta obtiuit ad declarand & iuradu de calunia ad i. diez p audien pdictaruz.*

*Copuit i iudicio magr. n. pcur & data ci t/ aud lea heri in p/ nihil declarantium satisfaciendo termino dicit nil aliud declarare velle &c. & recess sit.*